

NOVÆ SPECIES  
INSECTORUM.  
CENTURIA I.

AUCTORE

JOANNE REINOLDO FORSTERO, S. A. S.

---

Nam mihi contuenti se persuasit rerum natura, nihil incredibile existimare de ea. Plin. lib. xi. c. 2.

---




7

L O N D I N I,

Veneunt apud T. DAVIES, in Russel-street; et B. WHITE,  
in Fleet-street.

300p. 165



B

VIRO GENEROSISSIMO  
JOSEPHO BANKS,  
ARMIGERO,

JOANNES REINOLDUS FORSTER,

S. P. D.

**A**BSOLUTO ingenti & laborioso itinere, quo totum quem incolimus globum ambitu complexus es ; id præsertim effectum est ut nostra Anglia in posterum futuris naturæ consultis, ditiores thesauros rerum ad rem herbariam & Zoologiam spectantium, perlustrandos offerre poterit, quam universa reliqua Europa. Hæc TUA ingentia in studium rerum naturalium merita, posteritas sera grato animo deprædicabit. Patere quæso, ut Tuo potissimum nomini, hancce *Novorum Insectorum* centuriam, inscribam. Etiam si enim hac opella, paucula tantum describantur, eaque minuta Insecta, sunt tamen eadem nova, ideoque rerum naturalium particulam quandam illustratum iri hisce pagellis confido. Idque mihi spem facit, fore ut pro ingenti quo historiam naturalem complecteris amore, hanc Insectorum centuriam serena fronte accipere digneris, & uti monumentum, quo publice

declarem, quam ego lubenti pronoque animo, nomen meum profitear inter eos qui TE diligunt, honorant, admirantur; quantoque id mihi honori ducam, TIBI reique publicæ literariæ felicem auspiciatumque reditum Tuum ex altero orbe publice congratulari. Quamque paratus sim TIBI animi & corporis vires integerrimas, ad sustinendos labores novi quod meditaris itineris; & omnia fausta prosperaque, reditumque felicem ornatum spoliis novis maris & orbis oppositi, non tantum apprecari, verum & ipse si numini id placuerit, eadem pericula TECUM adire, easdem voluptates ex naturæ studio sub novo cœlo TECUM participare. Vale.

Dabam Londini, VII. ante  
kalendar Octobris.

PRÆ-

# P R Æ F A T I O.

**A**NTE hos duo vel tres annos, quum primum viderem, quam multis novis insectorum speciebus Anglia nostra abundet, & quantæ copiæ quotannis in varia Gazophylacia Naturæ consultorum Britannicæ e transmarinis undique confluant regionibus; consilium cepi, omnes novas species a me visas & quas illustris LINNÆUS non inseruit postremæ editioni systematis sui, proprio Marte describere. Hoc opus ultra centuriam brevi accrevit, & adhuc tanta novorum insectorum copia in variis optimatum & amicorum Gazis a me est examinata, ut facile inde secundam centuriam, novorum insectorum colligere possem. Ideo hac centuria speciminis loco & experiundi gratia in publicum emissa experiar, num hæc mea opella, publico placeat, nec ne.

Si arriserit pluribus, volens lubensque & quantocyus potero secundam centuriam publici juris faciam; sin secus acciderit in hac sola centuria subsistere animus est.

Tabulas nunc ad hanc opellam addere supervacaneum censui, quia descriptiones tanta cura diligentiaque sunt exaratæ, ut tabulæ minus sint necessariae: præterea est mihi animus quasdam tabulas huc spectantes operi inserere, quo philosophiam entomologicam & genera insectorum lingua Anglica olim tractare statui. Latina lingua ideo

præcipue hæc scripsi, quod per omnem Europam eruditus communis ejus linguae sit usus & quod in hisce oris nobilissimæ plures & clarissimæ feminæ eandem probe intelligant.

Insecta a nobis descripta partim sunt Angliæ indigena partim ab exteris oris advecta, quædam ab India Chinaque allata, alia Americæ septentrionalis propria, alia a freto Gaditano importata.

Si quando auctores eorum insectorum meminere, quæ a nobis sunt descriptæ, ubicunque potui, eos adduxi, ne quid diligentiae nostræ deesse videatur.

Id præterea mei credo esse officii, publice gratias agere amicis, qui non solum Gazas amplissimas mihi aperuere, ut inde multa nova describerem insecta; verum etiam plurima mihi dono dedere, ut curatius examinata descriptaque publicare possem.

# INDEX SPECIERUM.

## I. COLEOPTERA.

### SCARABÆUS.

1. Excavatus.
2. Chinenfis.
3. Hudfonias.
4. Flexilis.
5. Piceus.
6. Gagates.
7. Delta.

### DERMESTES.

8. Fasciatus.

### ANTHRIBUS.

*Geoffr.*

9. Fasciatus.
10. Nebulosus.

### HISTER.

11. Striatus.

### CISTELA.

*Geoffr.*

12. Fasciata.
13. Puffulata.
14. Nigra.
15. Striata.
16. Sericea.

### SILPHA.

17. Noveboracensis.

### CÖCCINELLA.

18. 13-maculata.

### CHRYSOMELA.

19. Sapphirina.
20. Hyperici.
21. Rhoi.
22. Lineato-punctata.
23. Olivacea.
24. Frontalis.
25. Fimbriata.
26. Hudfonias.
27. Laticlavata.

28. Cratægi.
29. Trifurcata.
30. Lepturoides.

### CURCULIO.

31. Ulicis.
32. Longimanus.
33. Pollinarius.
34. Imperialis.
35. Noveboracensis.
36. Melanogrammus.

### CERAMBYX.

37. Brunnus.
38. Incanus.
39. Chinenfis.
40. Palliatus.
41. Tetrophthalmus.
42. Clavipes.

### LEPTURA.

43. Robiniæ.
44. Pilosa.
45. Nitens.

### NECYDALIS.

46. Collaris.
47. Ceramboides.
48. Muralis.

### LAMPYRIS.

49. Pilosa.

### CANTHARIS.

50. Americana.

### BUPRESTIS.

51. Fuliginosa.

### DYTISCUS.

52. Lividus.
53. Dermestoides.
54. Ater.
55. Glaber.
56. Nebulosus.
57. Exfoletus.

INDEX SPECIERUM.

CARABUS.

- 68. Sericeus.
- 69. Fasciatus.

TENEBRIO.

- 70. Uncinus.
- 71. Buparius.

MELOE.

- 72. Cinereus.

MORDELLA.

- 73. Testacea.
- 74. Melanopa.
- 75. Fasciata.
- 76. Clavicornis.

II. HEMIPTERA.

CICADA.

- 77. Carinata.
- 78. Guttata.
- 79. Coccinea.

NOTONECTA.

- 80. Lineata.

CIMEX.

- 81. Aterrimus.
- 82. Carinatus.

III. LEPIDOPTERA.

PAPILIO.

- 83. Nais.

PHALÆNA.

- 84. Muralis.
- 85. Miniata.
- 86. Fulvata.

IV. HYMENOPTERA.

CYNIPS.

- 87. Sericea.

TENTHREDO.

- 78. Cyanocrocea.
- 79. Arcuata.
- 80. Atrata.

ICHNEUMON.

- 81. Primatorius.
- 82. Armatorius.
- 83. Xanthorius.
- 84. Atrator.
- 85. Polyzonias.

SPHEX.

- 86. Xanthocephala.
- 87. Spinosa.

CHRYSIS.

- 88. Cyanochrysa.
- 89. Cyanura.

VESPA.

- 90. Ruficornis.

APIS.

- 91. Sericea.
- 92. Vespiiformis.
- 93. Noveboracensis.
- 94. Albifrons.

V. DIPTERA.

MUSCA.

- 95. Chalybata.
- 96. Vallata.
- 97. Similis.
- 98. Melanopyrrha.
- 99. Granditarfa.

TABANUS.

- 100. Americanus.

NOVÆ



NOVÆ SPECIES  
INSECTORUM.

---

CENTURIA I.

I. COLEOPTERA.

SCARABÆUS.

I. SCARABÆUS EXCAVATUS.

Scutellatus, thorace inermi, retuso-excavato, capitis cornu incurvato compresso, elytris obsolete punctato-striatis.

Habitat ad fretum Gaditanum.

MAGNITUDO et statura fere ad *SCAR. nasicornem* accedit. Corpus totum supra obscurum, ferrugineo-piceum; subtus pallidius, villis subfulvis hirtum.

ANTENNÆ piceæ.

CAPITIS labium bifidum; clypeus finuatus definens in Cornu breve, acutum, basi latius, compressum, thoracem versus flexum.

THORAX valde convexus, marginatus, adpersus punctis minutissimis, antice retusus, profunde excavatus, tuberculo utrinque ad cavitatis marginem.

SCUTELLUM triangulare, obtusum.

ELYTRA, lævia, marginata, obsolete punctata; punctis per strias numerosas dispositis; adest tamen stria punctorum, magis conspicua, utrinque ad futuram.

PEDES picei, primi paris nudi, postici pilis rarerer adpersi. Tibiæ anticæ tri-dentatæ, cum spina ad apicem; posteriores truncatæ, apice bispinosæ. Tarsi biunguiculati; primi paris, ungue altero valido.

2 INSECTA COLEOPTERA. Scarabæus.

2. SCARABÆUS CHINENSIS.

Scutellatus muticus, viridi-sericeus, glaber, sub-  
tus viridi-inauratus, elytris obtusis, submucro-  
natis.

Habitat in China.

CORPUS magnitudine SCAR. *Rhinocerotis*, totum smarag-  
dino auratoque colore splendidissimum, depresso.

ANTENNÆ nigræ, triphyllæ; lamellæ, fere capitis longi-  
tudine.

CLYPEUS Capitis antrorsum angustatus, lateribus margi-  
natus, apice præmorsus.

THORAX marginatus, postice sinuatus, versus scutellum  
productus.

SCUTELLUM minutum, acutangulum.

ELYTRA glaberrima, apice rotundata, obtusa & ad futu-  
ræ apicem mucrone brevissimo.

PECTUS, Abdomen & Pedes ferrugineo-cuprei, at in non-  
nullis viridi-inaurati ut latus superius corporis. Pectus  
antice in mucronem obtusum productum.

TIBIÆ secundi & tertii paris, apice spinis quatuor seu  
quinque armatæ.

TARSI nigri, in aliis virides.

ALÆ fuscæ.

INSECTUM totum glaberrimum splendens, pilis non nisi  
rarenter sub capite & in femoribus prioribus adpersum.

3. SCAR-

3. SCARABÆUS HUDSONIAS.

Exscutellatus, muticus, ater, thorace convexo lunato, clypeo rotundato, emarginato, elytris postice emarginatis, femoribus posticis elongatis.

Drury. illustr. t. 35. f. 7.

Habitat in Americæ Septentrionalis provinciis Nov. Eboracensi & Marilandîâ.

MAGNITUDO ad Sc. *Typhoeum* accedit.

ANTENNÆ piceæ, capitulis tryphyllis.

CLYPEUS capitis rotundatus emarginatus:

THORAX valde convexus, lunatus.

ELYTRA postice gibba, obtusissima, vel potius emarginata; in singulo striæ octo maxime obsoletæ,

LAMINA magna triquetra pone elytra, ad anum, quæ cum elytris, thorace & clypeo, punctis minutissimis elevatis confita.

TIBIÆ anticæ spina ad apicem & dentibus tribus majoribus armatæ; inter & pone hos dentes adfunt alii plures minimi. Tibiæ reliquæ subcompressæ, prismaticæ, ad angulos dentatæ, ciliatæ.

FEMORA & tibiæ posticæ elongatæ. Dens ad basin femorum duorum posteriorum parium.

SIMILIS Sc. *Schafferi*, sed duplo major.

4 INSECTA COLEOPTERA: Scarabæus.

4. SCARABÆUS FLEXILIS.

Scutellatus, muticus, apterus? capite thorace elytrisque fusco-lividis, lævissimis, elytris coriaceis, flexilibus obtusis, ciliatis.

Habitat in Hispaniâ ad fretum Gaditanum.

CORPUS magnitudine & habitu Sc. *sepicolæ*, apterum?

LABIUM quasi futurâ a capite distinctum marginatum.

ANTENNÆ ferrugineæ triphyllæ.

THORAX convexus, suborbiculatus, lævis, glaber, ad margines pilis testaceis ciliatus.

SCUTELLUM semi-orbiculatum.

ELYTRA obtusa, paululum abbreviata, coriacea, flexilia glaberrima, apice pilis tenuissimis ciliata.

PECTUS, Abdomen subtus, femoraque pallidè livida, pilis concoloribus in pectore & femoribus densioribus, at in abdomine rarioribus adspersa.

FEMORA postica clavata.

TIBIÆ posticæ obconicæ compressiusculæ, apice ciliatæ.

TARSI fusco-ferrugini.

5. SCAR:

5. SCARABÆUS piceus.

Scutellatus muticus, totus piceus, pectore piloso, elytris striatis punctis impressis.

Habitat in America Septentrionali.

CORPUS magnitudine inferius SCAR. *Stercorario*; sed idem habitu; totum piceum.

ANTENNÆ parvæ, capitulis triphyllis.

CAPUT breve, lunatum, a labio futurâ distinctum.

THORAX valde convexus, retusus, antice tuberculo brevi ad nucham; postice truncatus, piceus punctis impressis sparsis.

ELYTRA picea, striis circiter tredecim ex punctis impressis.

PECTUS & Epigastrium pilis rufis confita.

PEDES piceo-ferruginei, posteriores valde remoti:

TIBIÆ omnes dentatæ, primi paris spina porrectâ.

6 INSECTA COLEOPTERA. Scarabæus.

6. SCARABÆUS GAGATES.

Scutellatus, muticus, totus ater, glaber, nitens,  
alis fuscis.

Habitat ad Sierra Leon Africæ.

CORPUS magnitudine SCAR. nitidi, totum aterrimum,  
vel colore Gagatis, nitidum, politum.

ANTENNÆ nigræ, pilosæ capitulis triphyllis.

CLYPEUS capitis quadrangularis marginatus.

THORAX ater, politus.

SCUTELLUM triangulare, acutangulum.

ELYTRA atra polita, absque striis aut punctis ullis.

STERNUM in mucronem obtusum, brevem productum.

PEDES nigri, pilis nigris sparsis.

TIBIÆ dentato-spinosæ.

7. SCAR-

7. SCARABÆUS DELTA.

Scutellatus, muticus, flavus, thorace atro, triangulo flavo, elytris testaceo-rufis, nigro trimaculatis.

Habitat————

CORPUS magnitudine SCAR. *Horticolæ*, vel paulo minus, subtus totum lana flava tectum.

ANTENNÆ piceæ, triphyllæ.

CAPUT nigrum, lineâ transversali inter oculos flavâ; ore maxillisque ferrugineis.

THORAX ater, flavo marginatus; in medio lineæ flavæ tres, una margini antico parallela, duæ alteræ versus scutellum fere coeuntes, triangulum subæquilaterum, areâ nigrâ, constituunt.

SCUTELLUM atrum, medio macula cordata flava, sæpius fere totum Scutellum tegente.

ELYTRA lutea, vel e fulvo testacea, futurâ nigra in qua post Scutellum, lineolæ binæ flavæ; dein maculæ parvæ, oblongæ, nigræ duæ in singulo elytro versus apicem; cum puncto minori, in medio vel potius versus basin. Elytra apice obtusissima.

LAMINA supra anum oblonga, inflexa, flava, lineolâ nigrâ. Abdomen & Pectus flava.

PEDES ferruginei, tarsis omnibus, tibiisque posticis nigris; pedes postici elongati, femoribus crassissimis.

## D E R M E S T E S.

## 8. DERMESTES FASCIATUS.

Ovatus ater, capite, thoracisque lateribus utrinque macula ferruginea; elytris fasciis duabus, tibiis tarsisque ferrugineis.

Habitat in Americæ Septentrionalis provincia Novæ Eboracensi.

MAGNITUDO fere DERM. *Scarabæoidis*.

CORPUS ovale, atrum, omnino facie Coccinellæ, sed abdomen subtus non adeo planum.

CAPUT receptum sub thorace, macula rufa versus thoracem.

ANTENNÆ breves ferrugineæ, undecim articulorum, articulis tribus extimis crassioribus.

PALEI ferruginei.

THORAX antice emarginatus, utrinque ad latera macula magna ferruginea.

ELYTRA atra, glabra, fasciâ in medio, & altera ad apicem ferruginea, utraq̃ue nec futuram nec marginem attingente.

FEMORA nigra.

TIBIÆ ferrugineæ, anticæ dentatæ.

TARSI ferruginei, articulis tribus.

## 9. ANTHRI-



ANTHRIBUS. Geoffr. inf. I. p. 306.

*Antennæ* clavatæ.

*Caput* exsertum.

*Thorax* latus, marginatus.

*Elytra* lata, brevìa.

*Tarsus* quatuor articulorum.

9. ANTHRIBUS FASCIATUS:

Obovatus, niger, elytris rufis, striis elevatis nigris, cano-interruptis.

Geoffr. inf. I. p. 306. t. 5. f. 3. *Anthribus ovatus, niger, elytris striatis rubro nigroque marmoratis.*

Habitat in Anglia.

MAGNITUDO Hist. pygmæi.

THORAX & *Caput* nigra, pilis aliquot sparsis cinereis.

ELYTRA rufa; in singulo striæ quatuor vel quinque elevatæ, e maculis nigris cinereisque, alternatim positis.

ABDOMEN supra, (i. e. sub elytris) & anus, rubra.

10. ANTHRIBUS NEBULOSUS \*.

Ovatus fuscus, antennis ferrugineis, elytris nebulosis.

Habitat in Anglia.

MAGNITUDO Byrri Verbasci *Linn.* totus pallide fuscus, pilis densis confitus.

ANTENNÆ ferruginæ, capitulo ovato, trium articulorum.

CAPUT retractile.

ELYTRA maculis ferrugineo-fuscis sparfis.

PEDES pilosi.

---

\* Genus ANTHRIBI ob antennas plane diversas ab antennis *Dermestis* et ob corporis singularem habitum a *Dermestibus* separavi: *Dermestis* genus plane confiteor esse maxime intricatum; ideoque optimum duxi, ab eodem unum hoc genus *Anthrubi* segregare.

H I S T E R.

II. HISTER STRIATUS.

Ater, thorace elytrisque striis elevatis.

Habitat in Anglia.

CORPUS Hist. Pygmæo dimidio minus, totum atrum.

THORAX latus marginatus, striis elevatis in medio quatuor, ad utraque latera duabus.

ELYTRA abbreviata, striis elevatis in utroque novem, punctisque impressis inter strias.

ABDOMEN & Pectus punctis crebris impressis.

TIBIÆ omnes glabræ.

## CISTELA. Geoffr. inf. I. p. 115.

*Antennæ* extrorsum crassiores, & perforatæ.

*Thorax* conicus, marginatus.

*Caput* intra thoracem retractile, inflexum.

*Corpus* globofo-cylindricum.

*Pedes* compressi \*, tarsis quinque articularum.

## 12. CISTELA FASCIATA. †

Subvillosa fusca, fasciis longitudinalibus nigricantibus interruptis.

*Geoffr. inf. I. p. 116. t. 1. f. 8. & Schæff. ic. inf. Ratisb. t. 95. f. 3.*

Habitat in arena & campis arenosis Angliæ.

**CORPUS** obovatum, magnitudine *Chrysom. politæ*.

**CAPUT** retractile.

**THORAX** convexus, conicus, pectus ex parte ambiens; testus pilis rufis aureum quasi splendorem efficientibus.

**ELYTRA** fusca, striis circiter quatuor longitudinalibus interruptis: pilis nigris erectiusculis nigram maculam constituentibus; pallidis appressis, pallidam.

**ABDOMEN**, *Pedes*, *Antennæ*que nigræ.

\* In Cistelis mortuis aut tactis, pedes intra foveolam abdominis plicati, adpressique, et tarsi in fossulam tiliarum recipiuntur.

† Male *Andr. Jo. Bladh* Cistelam fasciatam, cum *Byrrho pilula* Linn. committit. sunt enim prorsus diversa insecta; præsertim si celeb. Linnæi definitionem & descriptionem in *Fauna Suec. n. 427.* conferre volueris cum celeb. *Geoffroyi* & nostris descriptionibus.

## 13. CISTELA PUSTULATA.

Ovata nigra, maculâ elytrorum rufa, undata.  
*Geoffr. inf. I. p. 116. n. 2.*

Habitat cum præcedente.

MAGNITUDO Chryf. fastuosæ.

CORPUS ovatum, undique nigrum.

THORAX maculis quibusdam e pilis rufis.

ELYTRA nigra, macula rufa, sesquitertia e pilis rufis  
 cincta in margine pilis albicantibus.

CISTELÆ antennis, thorace, pedibus, et tota corporis structura adeo differunt a reliquis insectis ejusdem classis & ordinis, ut non tam Geoffroyi divisionem, quam potius ipsam naturam sequutus sim in determinando hoc genere: licet *And. Jo. Bladh* in *Fundamentis Entomologicis* nuper Byrrhum Linnæi cum Cistela commiserit; id tamen re curatius examinata reperi, hæc duo genera toto cælo esse diversa nec ullo modo, ad idem genus revocari posse & neque ipsum clariss. LINNÆUM judicem in hoc negotio recuso: si enim plures species hujus generis vidisset, utique credø, eum pro ingenti quo conspicuus est veritatis amore, id nobis daturum, nos recte hoc genus a reliquis sejunxisse.

14 INSECTA COLEOPTERA. Cistela.

14. CISTELA NIGRA.

Ovata, tota nigra, nitens glabra.

*Geoffr. inf. l. p. 117. n. 3.*

Habitat cum prioribus hujus generis.

CORPUS totum nigrum, antecedenti minus, nitens, glabrum.

ELYTRA striis obliteratedis, circiter decem in singulo elytro.

15. Cl-

15. CISTELA STRIATA.

Obovata nigra, elytris striatis.

Habitat in arenâ Angliæ.

CORPUS magnitudine & statura Cistelæ *fasciatæ*.

ELYTRA nigra, in singulo fasciæ quatuor vel quinque longitudinales concolores, sed nitentes, inclusæ striis obliteratis.

16. CISTELA SERICEA \*.

Ovata, fusco-viridis, elytrorum fasciis longitudinalibus interruptis.

Habitat cum præcedentibus.

MAGNITUDO Cist. nigræ.

CAPUT & thorax viridi-fusca, nitentia.

ELYTRA fasciis quinque vel sex longitudinalibus viridiferrugineis, interruptis, maculis e pilis nigris erectiusculis. Intervalla fasciarum minus læte virentia.



S I L P H A.

17. SILPHA NOVEBORACENSIS.

Nigra, elytris piceis : lineis elevatis subternis, clypeo retuso, disco atro, margine rubro.

Habitat in Americæ Septentrionalis provincia Nov-  
eboracensi.

CORPUS magnitudine SILPHÆ atratæ, nigrum totum.

CLYPEUS thoracis antice retusus, margine rubro, disco nigro, punctis excavatis sparsis obfitus.

SCUTELLUM nigrum.

ELYTRA punctis excavatis sparsis piceis f. rubicundis, lineis elevatis, duabus futuræ proximis longitudine elytrorum, tertia exteriore abrupta.

COCCINELLA.

18. COCCINELLA TREDECIM-MACULATA.

*Coleoptris luteis, punctis nigris tredecim; thorace albo nigro-punctato.*

*Habitat in Pinis, Corylis, Plantisque variis Angliæ.*

*CORPUS* magnitudine *Cocc. 14 punctata*, hemisphæricum nigrum.

*ANTENNÆ* rufæ.

*CAPUT* album, ore punctisque duobus ad thoracem contiguis nigris.

*THORAX* albus puncto nigro Scutello proximo, cincto maculis quatuor majoribus nigris; ad latera thoracis in plerisque punctum aliud nigrum.

*ELYTRA* fulva seu lutea, punctis in utroque elytro; primum uno, dein tribus, post duobus, denique unico communi ad basin futuræ.

*PEDES* pallidi, in quibusdam fusci; geniculis pallidis.

CHRYSOMELA.

19. CHRYSOMELA SAPPHIRINA.

Ovata, tota sapphirina, nitida, ore oculisque rubris antennis nigris.

Habitat———

CORPUS triplo majus *Chrysomela sanguinolenta*, totum colore nitidissimo splendente viridi-sapphirino, vel cyaneo ornatum.

ANTENNÆ nigrae.

THORAX & ELYTRA punctis minutissimis ac vix perspicuis adspersa.

TARSI subtus fufci.

20. CHRYSOMELA HYPERICI.

Ovata, atro-cærulea, elytris nigro-æneis, striato-punctatis, alis rubris.

Habitat in *Hyperico perforato* Angliæ.

MAGNITUDO Chryf. fastuosæ.

ANTENNÆ fuscæ.

CAPUT & *Thorax* viridi-ænei.

ELYTRA viridi-ænea, exarata punctis profunde excavatis per paria & glomeræ, in strias longitudinales dispositis; striis in singulo elytro novem.

ABDOMEN & pectus viridi-cærulea, nitentia.

PEDES viridi-nigri.

21. CHRYSOMELA RHOI.

Ovata ferruginea, capite, thorace & striis aliquot elytrorum pallidis.

Habitat in RHOE *glabra* Linn. Americæ Septentrionalis. Anglis in America *the Sumach-bug* dicta.

CORPUS magnitudine chryf. *palitæ*, feminæ.

ANTENNÆ basi ferruginæ, cetera fuscæ.

OCULI nigri.

CAPUT & *Thorax* cum pectore pallida.

ELYTRA ferruginea, stria longitudinali ad marginem & aliquot in medio elytrorum pallidis; striæ punctorum profundè excavatorum decem vel undecim.

TARSI articulis tribus.

## 22. CHRYSOMELA LINEATO-PUNCTATA.

Ovata, thorace rufo, disco punctis nigris; elytris rufis, futura, punctis lineolisque nigris.

Habitat in Americæ septentrionalis provincia Nov-  
eboracensi.

MAGNITUDO fere chryf. *polita*, habitus chryf. *populi*.

ANTENNÆ basi ferrugineæ, articulis quinque extimis crassioribus fuscis.

CAPUT parvum ferrugineum versus thoracem nigrum,

OCULI nigri.

THORAX utrinque margine rufo crassiusculo; pars de-  
pressa picea, maculis aliquot obscuris nigris.

SCUTELLUM nigrum.

ELYTRA pallide rufa, futura utrimque nigra; punctum  
nigrum ad basin elytri, aliud prope apicem; ad mar-  
ginem linea ex maculis tribus coadunatis nigris; in  
medio lineæ duæ parallelæ nigrae; punctum minimum  
nigrum ad basin elytri.

ABDOMEN infra nigrum nitidum.

ALÆ fuscæ.

PEDES ferruginei.

FEMORA medio nigra.

TARSI quatuor articulis.

23. CHRYSOMELA OLIVACEA.

Ovata, nigra, capite, thorace, elytris pedibusque olivaceis, elytris stria longitudinali & futura nigra.

Habitat in Anglia; lecta primo vere, in arena.

CORPUS magnitudine & habitu chryf. vitellinæ.

CAPUT olivaceum, ad thoracem collari nigro.

OCULI nigri.

ANTENNÆ fuscæ, basi pallidæ.

THORAX latus, convexus, punctatus, olivaceus.

ELYTRA olivacea, cum striis punctorum excavatorum; fascia longitudinalis nigra a basi ad apicem, in medio elytri, alia margini futuræ communis, itidem nigra.

ABDOMEN nigrum, punctatum.

PEDES olivacei; in quibusdam nigri, geniculis olivaceis.

VARIAT quoque capite, thorace, elytrisque colore fordide rubro, loco olivacei.

24. INSECTA COLEOPTERA. Chrysomela.

24. CHRYSOMELA FRONTALIS.

Ovata nigra, capite, antennarum basi, elytrorum margine, & pedibus ferrugineis.

Habitat in Americâ Septentrionali.

MAGNITUDO media.

CORPUS totum nigrum, oblongo-ovatum.

CAPUT ferrugineum.

OCULI nigri.

ANTENNÆ basi ferrugineæ, reliquæ fuscæ.

THORAX fere orbiculatus, niger, nitens.

ELYTRA obscure striata, nigra margine ferrugineo.

ALÆ hyalino-fuscæ.

VENTER niger.

PEDES toti ferruginei.

25. CHRY-



25. CHRYSOMELA FIMBRIATA.

**Saltatoria oblonga**, capite, thorace quadripunctato, elytrisque pallide testaceis, linea nigra cinctis, femoribus rufis.

Habitat in America Septentrionali.

**MAGNITUDO** & statura prorsus chryf. caprææ.

**ANTENNÆ** longæ fuscæ, basi pallidæ.

**CAPUT** testaceum puncto inter antennis impresso fusco.

**THORAX** testaceus nitens, punctis quatuor & lineola longitudinali nigris.

**ELYTRA** pallide testacea; futura & linea prope marginem elytræ ambiens nigra; ad apicem duo puncta minima nigra.

**ALÆ** fuscæ.

**ABDOMEN** subtus rufum.

**PECTUS** piceum.

**FEMORA** omnia rufa, ultimi paris saltatoria incrassata.

**TIBIÆ** fuscæ.

**TARSI** omnes quatuor articulorum fusci.

26. CHRYSOMELA HUDSONIAS.

Saltatoria, atra, oblongiufcula, antennarum basi ferrugineâ.

Habitat Noveboraci, in America Septentrionali.

CORPUS magnitudine CHRYS. *cyanelle*, oblongiufculum, totum aterrimum, nitens.

ANTENNÆ fuscæ, basi ferrugineæ.

PLANTÆ Tibiæque fuscæ.

27. CHRYSOMELA LATICLAVIA.

Cylindrica nigra, capite thorace elytrisque rufis, futura & margine elytrorum nigro, antennis ferratis.

Habitat in Americâ Septentrionali.

MAGNITUDO Chryf. sericeæ.

ANTENNÆ basi rufæ, articulis octo extimis nigris, ferratis.

CAPUT rufum.

OCULI nigri.

PALPI nigri.

THORAX rufus, glaber, postice margo lateralis lineâ nigra.

ELYTRA rufa lincis nigris *latis* ad utrumque marginem, adque futuram; apice tamen non nigro.

ALÆ fuscæ.

ABDOMEN subtus nigrum, pilis minutissimis cinerascens vestitum.

PEDES omnes nigri, postremi valde remoti.

FEMORA primi parvis rufa, secundi picca.

TARSI quatuor articulis.

3 INSECTA COLEOPTERA. Chryfomela.

8. CHRYSOMELA CRATÆGI.

Oblonga rubra, elytris, linea longitudinali punctoque nigris.

Habitat in Anglia; lecta constanter in *Cratægo oxyantha*, locis diffitis.

CORPUS habitu & magnitudine proximum Chryf. *nymphææ*, etiam valde affine Chryf. *merdigeræ*; fordide rubra sunt caput, thorax, elytra, tibiæ, anüs: nigra vero antennæ, oculi, scutellum, pectus, abdomen, femora, tarfi.

CAPUT fordide rubrum, linea longitudinali nigrâ.

THORAX ruber, foveola impressa ad latuş utrumque; & fascia transversalis nigra.

ELYTRA rubra, punctis minutissimis, excavatis fere contiguis confita: in singulo, linea longitudinalis nigra, quæ neque basin, neque apicem elytri attingit; futuram versus, post hanc lineam punctum oblongiusculum nigrum.

VARIETAS interdum reperitur pedibus totis rubris.

29. CHRYSOMELA TRIFURCATA.

Oblonga nigra, thorace elytrisq̄ue pallidis, elytris margine & futura, furca tridente, punctisq̄ue octo nigris notatis.

Habitat in Americâ Septentrionali.

MAGNITUDO & habitus *Chryf. flavipedis*,

ANTENNÆ pallidæ.

CAPUT nigrum.

THORAX angustatus pallidus.

ELYTRA pallida, notata furca tridente ad basim, cujus dens medius ad futuram brevior, reliqui laterales non marginem attingunt; puncta utrinque tria nigra in una serie disposita, unum utrinque ad cuspides laterales furcæ.

ABDOMEN subtus nigrum,

ALÆ fuscæ.

PEDES pallidi.

FEMORA tibiæque posticorum ustulata.

TARSI omnis quatuor articulis.

30 INSECTA COLEOPTERA. *Chrysomela*.

30. CHRYSOMELA LEPTUROIDES.

Elongata, obscure ænea, antennis plantisque ferrugineis.

Habitat in provincia Noveboracensi Americæ Septentrionalis.

CORPUS elongatum, totum æneum, magnitudine *LEPTUR. melanuram* excedit.

ANTENNÆ & Palpi ferruginei.

THORAX ovatus.

ELYTRA elongata punctis rugosa, obscure ænea, marginæ læte virenti.

PEDES obscure ænei, tarsis ferrugineis.

CUR.

C U R C U L I O.

31. CURCULIO ULICIS.

Longirostris femoribus simplicibus, cinereus, abdomine ovato, antennis, tarsis, tibiis omnibus & femoribus primi paris rufis.

Habitat in Anglia in floribus *Ulicis Europæi*, primo vere.

CORPUS ovatum, totum fuscum & villis cinereis obfitum, vix pediculi magnitudine.

ANTENNÆ rufæ, rostro subtus prope oculos insertæ.

RÖSTRUM atrum glaberrimum.

THORAX globosus cinereus.

ELYTRA fusca, striata, cinereis villis vestita, sine ulla macula nigra.

FEMORA concolora, grisea.

TIBIÆ & tarsi cum femoribus primi paris rufi.

## 32. CURCULIO LONGIMANUS.

Longirostris femoribus dentatis, manibus longissimis.

Habitat in Anglia.

CORPUS oblongum, magnitudinæ Curcul. *pomorum*, picum pilis cinereis tomentosis nebulosum.

ANTENNÆ rufæ.

ROSTRUM cum thorace longitudinem elytrorum æquat.

MANUS seu pedes primi paris tertia parte ad minimum reliquos pedes superant.

ELYTRA cinerea punctis nigris sparsis.

TARSI rufi.



33. CURCULO POLLINARIUS.

Longirostris, femoribus omnibus dentatis, elytris depresso planis abbreviatis, ventre, elytrorum margine & pedibus polline aspersis.

Habitat in Angliæ plantis variis præsertim in *urtica dioica*.

CORPUS supra planum fuscum, subtus ventricosum polline griseo confutum.

ROSTRUM nigrum, retractile in foveolam pectoris inter pedes.

ANTENNÆ pedatæ, rufæ, insertæ rostro paululum ante apicem, articulo primo longissimo.

CAPUT retractile intra thoracem.

THORAX supra planus; linea longitudinalis in medio, ad latera puncta duo elevata seu spinæ.

ELYTRA supra plana, ad basin angulosa, apice obtusa abbreviata nigro fusca, uti caput & thorax.

VENTER, pedes & elytrorum margines aspersi polline griseo creberrimo; adeo ut supra sit fuscum, subtus griseum infectum; tactum rostrum pedesque contrahit ut vix a glebula terræ vel lapillo dignoscas.

## 34. CURCULIO IMPERIALIS.

Brevirostris ater, femoribus muticis, thoracis lineâ longitudinali, elytrorumque punctis perfticas dispositis viridi-inauratis.

Habitat ——— allatus in Angliam ex Olyffipone, quo forte ex Brasilia advectus erat.

MAGNITUDO Scarabæi Melolonthæ.

ARTENNÆ nigræ clavatæ.

ROSTRUM breve, crassum, striatum, striis duabus, villis viridi fericeis repletis.

CAPUT striis tribus viridi pilosis, quarum duæ oculos includunt.

THORAX cylindricus, supra ater glaber, in medio lineâ longitudinali viridi-nitente exaratus; lateribus & in pectore viridi-inauratus, punctis elevatis glabris, atris rugosus, colore viridi prevalente.

SCUTELLUM minimum viride.

ELYTRA nigra convexa gibba; puncta numerosa excavata, viridi-fericea inaurataque, in fundo singuli puncti, puncto nigro, per strias decem in quolibet elytro disposita, punctis & striis versus futuram magis distantibus, at in lateribus confertis.

ABDOMEN totum uti pectus viridi-inauratum, punctis elevatis nigris, rugosum.

PEDES nigri pilis viridibus adspersi; tarsi dilatati subtus ferruginei.

## 35. CURCULIO NOVEBORACENSIS.

Brevirostris muticus, canus, elytris subfastigiatis, striis quinque albidis nigro punctatis, scutello flavicante.

Habitat in Americæ Septentrionalis provinciâ Nov-  
eboracensi.

CORPUS totum fuscum, pilis canis undique aspersum; magnitudo e majoribus, vel  $\frac{1}{6}$  uncie pedis Anglicani longum.

ROSTRUM incrassatum, medio linea longitudinali nigra.

OCULI fusci, rufis pilis cincti.

ANTENNÆ submoriciiformes, articulis extremis in capitulum formatis.

THORAX canus, globofo-cylindricus.

SCUTELLUM flavicans.

ELYTRA convexa, oblonga, apice subfastigiata, striata quasi punctis excavatis; fasciæ inter strias circiter decem, alternæ albidæ puntis nigris.

PECTUS, Abdomen & Pedes cana.

TIBIÆ bispinosæ.

TARSI quadri-articulati, subtus pilis albidis vestiti.

## 36. CURCULIO MELANOGRAMMUS.

Brevirostris, femoribus muticis, corpore cano, futurâ elytrorum antice nigra, nitida, rostro brevissimo.

Habitat in Angliâ.

CORPUS dimidio minus Curcul. *incano*, totum undique nigricans, tectum granulis vel squamulis numerosissimis canescentibus.

ROSTRUM vix ullum atrum nitens.

ANTENNÆ pedatæ, rufescentes.

CAPUT & THORAX cinerea granulata.

ELYTRA ovata, valde convexa, cano nebulosa, striis circiter decem longitudinalibus e punctis excavatis. Linea dorsalis cuneiformis atra nitida a basi, ad mediam fere futuram ducta, desinens in angulum acutum.

PEDES rufescentes.

## C E R A M B Y X.

## 37. CERAMBYX BRUNNUS.

Thorace trispinoso, brunneus, elytris obtusis, striis duabus elevatis obscuris, antennis compressis brevioribus.

*Drury illustr. t. 37. f. 1.*

Habitat in America Septentrionali.

CORPUS magnitudine excedit Ceramb. *moschatum*.

MAXILLÆ atræ, magnæ.

PALPI picci.

ANTENNÆ breviores, piceæ, compressæ, undecim articulorum.

OCULI grandes.

THORAX brevis, piceus, antice & postice ciliatus pilis fulvis; spinæ tres acutissimæ in utroque latere.

SCUTELLUM brunneum, femiorbiculatum.

ELYTRA longa, obtusa, punctata brunnea, striis elevatis duabus vel tribus obscuris.

STERNUM fulvo corcineum.

PECTUS & Epigastrium brunnea, vestita pilis fulvis.

ABDOMEN nitens brunneum, incisurarum marginibus fulvis.

PEDES compressi brunnei.

TIBIÆ bispinosæ.

TARSI quadri-articulati, subtus pilis densis fulvis vestiti.

## 38. CERAMBYX INCANUS.

Thorace spinoso, albus, elytrorum, fasciis duabus longitudinalibus fulvis, nigro-marginatis, antennis longioribus, subciliatis.

Habitat \_\_\_\_\_

MAGNITUDO Ceramb. lineati.

CORPUS totum nigrum, pilis albis minutissimis, confertissimis tectum.

ANTENNÆ, corpore longiores, nigræ, in medio singuli articuli canescentes; articulis tribus seu quatuor primis, (a basi) subtus pilis tenuissimis rarifque ciliatis.

FRONS alba, cum linea nigra inter antennis ducta & puncto nigro ad utrumque latus hujus lineæ.

THORAX subrotundus niger, spina valida utrinque armatus, lineisque duabus latis albis ornatus.

SCUTELLUM album.

ELYTRA alba, in quibus utrinque fasciæ seu lineæ latæ longitudinales fulvæ, nigro marginatæ; una ad marginem exteriorem, altera in medio singuli elytri; ambæ ante apicem desinentes.

ABDOMEN album linea longitudinali nigra.

PEDES canescentes, patellis a basi fulvis.

FEMORA subtus linea fulva.

PECTUS album, circa sternum fulvum.

## 39. CERAMBYX CHINENSIS.

Thorace spinoso, ater totus, elytris antice scabris punctis paucis albis sparsis, antennis longioribus, singulo articulo basi canescente.

Habitat in Chinâ.

CORPUS magnitudine & figurâ Ceramb. *Coriarii*, totum atrum.

ANTENNÆ nigrae, corpore longiores singulo articulo basi canescente.

THORAX rotundatus, utrinque spina recta valida armatus

ELYTRA ad basin tantum punctis minutissimis subtundis elevatis per strias dispositis, scabra. Puncta alba circiter decem sparsa in singulo elytrō.

PEDES atrî.

TIBIÆ medio canescentes.

TARSI supra canescentes, subtus fusci.

o INSECTA COLEOPTERA. *Cerambyx*.

o CERAMBYX PALLIATUS.

Thorace spinoso, violaceus, elytris subfastigiatis a basi ad medium fere testaceis, antennis brevibus, articulis quatuor clavatis.

Habitat in America Septentrionali.

CORPUS paullo minus *Cerambyx moschato*, pilis minutis confitum, coloris læte violacei, unde elegans animalculum.

CAPUT violaceum, punctatum, exsertum, canaliculo inter antennis notatum.

OCULI brunnei.

ANTENNÆ violacæ, articulis undecim; quorum primus crassus, secundus brevis globosus, tertius longiusculus clava magna, latera quasi rostrata, quartus, quintus & sextus clavati, reliqui atri, extimo oblongo.

THORAX conus oblongus, violaceus, punctatus ad elytrorum basin utrinque spina instructus.

ELYTRA sub-fastigiata, violacea, punctata, a basi ad medium fere pallio veluti testaceo cincta, inferius margine undulato.

VENTER & Pedes violacei.

TIBIÆ bispinosæ.

TARSI 4 articulati, infra pilis fuscis vestiti.



41. CERAMBYX TETROPTHALMUS.

Thorace mutico subcylindrico, corpore nigro-cinerascente, capite, thorace, & elytris rubris nigro punctatis, oculis quatuor, antennis brevibus.

Habitat in Americæ Septentrionalis provinciâ Novæboracensi.

MAGNITUDO fere Ceramb. *scalaris*.

CORPUS nigrum pilis albidis aspersum, unde cinerascens.

ANTENNÆ fuscæ.

MAXILLÆ nigræ.

OCULI non ut in reliquis hujus generis lunati, sed duo distincti ad utramque antennam, uno inferiore paullo majore, altero superiore minore.

THORAX subcylindricus, ruber, punctis quatuor impressis nigris in medio orbiculum elevatum cingentibus: puncta duo elevata lateralia ad basin, & margo posticus nigra.

SCUTELLUM pilosum, nigrum.

ELYTRA rubra punctis nigris octo: duobus ad basin elytrorum; quatuor in medio, horum exteriora majora; duobus versus apicem, in quibusdam etiam apex ipse niger, obtusus.

PEDES cinerascens, tarsis articulis quatuor.

42. CERAMBYX CLAVIPES.

Thorace globofo mutico, ferrugineo, corpore testaceo, capite nigro, femoribus clavatis, ustulatis, antennis hispidis mediocribus.

Habitat in Americâ Septentrionali.

MAGNITUDO Lepturæ *mysicæ*.

CAPUT nigrum.

LABIUM & palpi ferruginei.

ANTENNÆ mediocres pilosæ, ferrugineæ, pilis longioribus in extremitate articularum.

THORAX muticus, globosus, ferrugineus.

ELYTRA linearia, testacea.

ALÆ fuscæ.

EPIGASTRIUM nigrum.

ABDOMEN & pedes ferruginea.

FEMORA clavata, ustulata, postremi paris longitudine Abdominis.

TIBIÆ bispinosæ pilosæ.

## L E P T U R A.

## 43. LEPTURA ROBINIÆ.

Thorace globoso fasciato, nigra, elytris fasciis sex flavis, tribus prioribus antrorsum arcuatis, posticis undulatis.

Drury ill. t. 41. f. 2.

Habitat in *Robinia Pseudacacia*, in provinciâ Nov-  
boracensi Americæ Septentrionalis.

MAGNITUDO *Lepturæ arcuatæ*.

CAPUT nigrum cinctum annulo flavo; macula flava inter  
antennas, medio nigra.

ANTENNÆ fuscæ, elytrorum longitudine.

THORAX niger, annulis quatuor flavis.

ELYTRA nigra; fasciæ tres anteriores antrorsum arcuatæ  
flavæ, posteriores duæ undulatæ; postrema ad apicem  
elytrorum; elytra ad futuram complanata, depressa.

PEDES ferrugini.

## 44. LEPTURA PILOSA.

Elytris fastigiatis, tota nigra, pilis cinerascensibus confita,

Habitat in Hispaniâ ad Calpen freti Gaditani.

MAGNITUDO circiter Lept. *mystica*.

CORPUS totum nigrum & undique pilis cinerascensibus crebris confitum.

ANTENNÆ articulis undecim.

OCULI brunnei.

THORAX globosus, dense pilosus, punctis excavatis confusus.

ELYTRA apice fastigiata, margine exteriori circa humeros seu basin picea.

ABDOMEN & pedes ob densiores pilos, magis cinerascens.

45. LEPTURA NITENS.

Thorace globoso, abdomineque nigris, flavescen-  
ti-tomentosis, nitentibus; elytris truncatis atris,  
fasciis quatuor, latis transversis flavis; pedibus  
ferrugineis,

Habitat in Americâ Septentrionali.

MAGNITUDO Leptur. *melanuræ*.

Os ferrugineum cum palpis.

ANTENNÆ ferrugineæ, basi fuscæ,

CAPUT cum thorace globoso, atque abdomine, nigra, ad  
spersa pilis flavo-aureis.

ELYTRA truncata; fasciæ quatuor flavæ, latæ, trans-  
versæ, prima arcuata, circa marginem basin elytri at-  
tingit, circa futuram non; reliquæ transversæ; apex  
elytrorum niger.

ABDOMEN margine flavum.

PEDES omnes ferruginei.

INSECTA COLEOPTERA. Necydalis.

N E C Y D A L I S.

46. NECYDALIS COLLARIS.

Elytris subulatis atra, thorace bipunctato testaceo ;  
pedibus simplicibus.

Habitat in Americâ Septentrionali.

CORPUS magnitudine Necyd. *cærulea*, totum excepto  
Thorace atrum.

THORAX cylindricus, testaceus, punctis duobus nigris.

PEDES antici picci, reliqui atrii.

47. NECYDALIS CERAMBØIDES.

Elytris subulatis, viridi-ænea, pedibus simplicibus.

Habitat in Angliâ, lecta in lucis, in floribus *Leontodontis*.

MAGNITUDO & habitus *Necyd. corulea*, sed tota viridi-ænea.

ANTENNÆ nigræ.

THORAX subcylindricus, rugosus.

ELYTRA subulata; linea longitudinalis in medio singuli elytri, elevata, definens ante apicem, inter hanc lineam & futuræ partem tertiam à basi elytrorum, linea elevata altera.

ABDOMEN æneum politum.

PEDES nigri, femoribus simplicibus.

48 INSECTA COLEOPTERA. *Necydalis*.

48. NECYDALIS MURALIS.

Elytris subulatis, fusca, humeris flavis, pedibus simplicibus.

Habitat in Angliâ frequens ad muros hortorum.

MAGNITUDO *Lepturæ melanuræ*.

THORAX subrotundus.

SCUTELLUM parvum fuscum.

ELYTRA subulata, abdomine breviora, basi flava, sive lutea.

PEDES fusci, femoribus simplicibus.

Obs. Hanc novam speciem debeo viro amicissimo *James Lee*.



Lampyris. INSECTA COLEOPTERA.

L A M P Y R I S.

49. LAMPYRIS. PILOSA.

Oblonga nigra, thorace fanguineo, lineis duab  
longitudinalibus nigris, antennarum articul  
tribus extimis pectinatis.

Habitat in America Septentrionali.

MAGNITUDO fere Lampyr. *noctiluca*.

CAPUT inflexum pilosum, nigrum.

ANTENNÆ fuscæ; articuli tres extimi pectinati.

THORAX pilosus, fanguineus, lineis binis longitudinal  
bus nigris; margo exterior ad caput flavus.

ELYTRA dense pilosa, atra.

ABDOMEN subtus glabrum, atrum.

PEDES concolores.

## CANTHARIS.

## 50. CANTHARIS AMERICANA.

Thorace marginato flavo, macula nigra, elytris flavis versus apicem macula trientali oblonga nigra.

Habitat in Americæ Septentrionalis Noveboracensi.

MAGNITUDO Canthar. *fuscæ*.

CAPUT nigrum, margo oris rufescens, os acutum; palpi duo breviores, duo longiores.

ANTENNÆ fuscæ, longitudine elytrorum, filiformes, articulis undecim.

THORAX a tergo planus, subquadratus, flavus, macula disci nigra.

ELYTRA oblongo-linearia flava, flexilia; versus apicem macula oblonga, nigra, trientalis, i. e. occupans tertiam partem elytrorum.

ABDOMEN nigrum, marginibus segmentorum flavis.

FEMORA nigra.

TIBIÆ tarsique duorum primorum parium rufescentes, posteriorum nigræ.

B U P R E S T I S.

51. BUPRESTIS FULIGINOSA.

Elytris integerrimis, sublinearibus, glabris, pilosis; thorace deflexo, corpore fuliginoso.

Habitat in Angliâ; lecta in floribus *Cratagi Oxyanthæ*.

CORPUS magnitudine Canthar. *testaceæ*, totum fuliginosum, nitens, undique pilosum.

ANTENNÆ moniliformes, articulis undecim.

THORAX deflexus.

ELYTRA sublinearia, nec striata nec punctata.

TARSI articulis quatuor.

D Y T I S C U S.

52. DYTISCUS LIVIDUS.

Antennis perfoliatis, capite, thorace, elytris, & pedibus lividis, ventre nigro.

*Geoffr. paris. I. p. 184. Hydrophilus 5.*

Habitat in *Lemna* in aquis stagnantibus Angliæ, Galliæ.

MAGNITUDO Scarab. *conspurcati.*]

ANTENNÆ perfoliatæ, clavatæ.

PALPI longissimi lividi.

CAPUT Thorax & Elytra livida.

ABDOMEN nigrum.

PEDES lividi, femoribus nigris.

TIBIÆ exterius ferratæ, spinis duabus terminalibus.

53 DYTISCUS DERMESTOIDES.

Antennis perfoliatis, hæmisphærico-ovatus, luridus, capite thoraceque nigris.

Habitat in Anglia inter *Lemnam* in aquis stagnantibus.

CORPUS fere Chrysom. *erythrocephalæ*, valde convexum, ovatum, totum luridum.

CAPUT atrum, nitidum.

THORAX ater, nitidus, margine pallido.

ELYTRA undique lurida, nullis punctis vel lineis nigris.

PEDES ferruginei, tibiis ferratis, apice bispinosis.

54. DYTISCUS ATER.

Antennis fetaceis, totus ater, antennis pedibusque ferrugineis.

Habitat in Anglia, inter *Lemnam*, aquarum stagnantium.

CORPUS magnitudine Dytisc. *minuti*, vel Dytisc. *maculati* sed totum atrum.

ANTENNÆ filiformes, moniliformes, ferruginæ ut et pedes.

55. DYTISCUS GLABER.

Antennis setaceis compressis, fuscus, elytris glabris, ventre pedibusque ferrugineis.

Habitat in Angliæ aquis stagnantibus.

MAGNITUDO DYTISCI *Striati*, cui admodum simile insectum; tamen differt, ob characteres sequentes:

ANTENNÆ compressæ, ferrugineæ, nec nigræ.

ELYTRA glabra, nec transversim striata.

PEDES omnes ferruginei, nec postici nigri.

ABDOMEN ferrugineum, nec nigrum.

## 56. DYTISCUS NEBULOSUS.

Lividus nigro-nebulosus, antennis pedibusque ferrugineis, ventre atro, margine ferrugineo.

Habitat in Angliæ aquis stagnantibus.

MAGNITUDO Dytisci *uliginosi*.

ANTENNÆ fetacæ.

ELYTRA livida, punctis minimis nigris nebulosa.

ABDOMEN atrum, margine laterali ferrugineo.



57. DYTISCUS EXSOLETUS.

Antennis fetaceis, lividus, antennis, capite, thorace, abdomine, pedibusque pallidis.

Habitat in Angliæ aqua stagnante inter *Lennam*.

MAGNITUDO fere Cimicis, Dytisc. *maculatum* & *minutum* excedens.

CORPUS ovatum.

ELYTRA fusca, margine pallido.

## C A R A B U S.

## 58. CARABUS SERICEUS.

Alatus ater, capite, thorace & elytris viridi-nig-  
tentibus, antennis pedibusque rufis.

Habitat in America Septentrionali.

CORPUS magnitudine paullo Carab. *spinipedem.* superat.

CAPUT viridi-sericeum.

ANTENNÆ rufæ.

LABIUM superius & palpi ferruginei.

OCULI nigri.

THORAX obcordatus, viridi-sericeus.

ELYTRA viridi-sericea, striis octo punctorum minutissi-  
morum.

ALÆ albæ margine rufo.

ABDOMEN atrum.

PEDES omnes rufi.

TROCHANTERES seu appendices elongati ad femora po-  
stica, femoribus dimidio minores, rufi.

59. CA-

59. CARABUS LINEATUS.

Niger, thorace ferrugineo, elytris griseis, futuræ linea communi, alteraque in singuli elytri medio nigra, ante apicem desinente, pedibus griseis, tarsis nigris.

Habitat in Americâ Septentrionali.

MAGNITUDO Carab. *Crux minor*.

CORPUS nigrum.

PALPI ferruginei.

ANTENNÆ albidæ.

THORAX obcordatus, ferrugineus.

ELYTRA albida, seu grisea, striata; linea longitudinalis futuræ communis nigra; & in cujuslibet elytri medio, linea alia longitudinalis nigra, nec basin nec apicem attingens.

ABDOMEN & epigastrium nigra.

PEDES albid; geniculis, tibiisque primi paris nigris.

TARSI omnes nigri.

## T E N E B R I O.

## 60. TENEBRIO UNCINUS.

**APTERUS** niger, thorace marginato, subæquali, elytris striato-punctatis, angulatisque, femoribus anticis clavatis, maximis, biuncinatis.

Habitat in Hispaniâ.

**MAGNITUDO** Teneb. *mortisagi*, sed corpus gracilius & elytra respectu corporis breviora.

**CORPUS** totum atrum obscurum.

**ANTENNÆ** longitudine thoracis, moniliformes.

**CAPUT** obovatum; inter oculos futura elevata retrorsum angulata.

**THORAX** antice, posticeque subtruncatus, marginatus, planiusculus, suborbiculatus, punctis minutissimis excavatis adpersus.

**SCUTELLUM** minimum.

**ELYTRA** abdomen lateribus includentia, angulis vel striis elevatis in singulo tribus, ante apicem in angulum acutum coeuntibus. Inter angulos, intervalla superiora tria in utroque elytro striis quatuor e punctis excavatis exarata, et lateralia striis sex.

**FEMORA** antica clavata, crassissima, ad latus interius pro recipiendis tibiis excavata canaliculo, cujus margo uterque unco valido armatus.

## 61. TENEBRIO BUPARIUS\*.

Alatus ater, glaber, thorace lunato, maxillis validis, dentatis, longitudine capitis.

Habitat in Hispaniâ ad fretum Gaditanum.

CORPUS magnitudine & statura Lucani *interrupti*, & ad Lucanos referendum insectum, nisi antennæ filiformes essent. Habitus Tenebrionis *fessoris*.

CAPUT magnum, planum, quadratum, antice fulcis duobus.

MAXILLÆ porrectæ, incurvæ, conniventes, angulatæ, bidentatæ.

ANTENNÆ filiformes, undecim articulorum, quorum primus ad basin longior, crassior, antennam pedatam efficit; reliqui pilis testaceis minutissimis rarisque adspersi, ultimi ferruginei.

THORAX lunatus, marginatus, medio fossula exaratus ut in Lucan. *interrupto*.

ELYTRA longitudine dimidii corporis, apicem versus paullo latiora, rotundata, marginata, glaberrima, obsolete sexstriata.

PEDES primi paris in medio corporis positæ.

TIBIÆ antice dilatatæ, dentato-spinosæ; posteriores pilis ferrugineis ciliatæ.

TARSI articulis quinque.

---

\* Nomen speciei, *buparius* derivatur a βου et παρῆν; quod *maxillosum* denotat.

## M E L O E.

## 62. MELOE CINEREUS.

**Alatus cinereus, antennis elytrisq̄ue atris, margine cinereis.**

Habitat in Americâ Septentrionali.

**CORPUS** magnitudine ad Meloen *Schæfferi*, statura vero & habitu ad Mel. *vesicatorium* accedit.

**CAPUT** inflexum, nigrum, pilis cinereis.

**ANTENNÆ** atræ, infra pilis ciliatæ, moniliformes, articulis undecim.

**THORAX** subrotundus, cinereus; macula nigricans in medio, divisa linea cinerea.

**ELYTRA** flexilia, atra, margine undique & ad futuram cinerea.

**FEMORA** tibiæque cinereæ, geniculis nigris.

**TIBIÆ** apice spinosæ.

**TARSI** atrî in pedibus anterioribus quinque articulorum, in posterioribus quatuor.

**VARIETATES** minus cinereæ, et totæ nigræ, defectu pilorum cinerascensium e quibus color cinereus infecti ortus.

MOR-

M O R D E L L A

63. MORDELLA TESTACEA.

Testacea, capite nigro, thorace fusco.

Habitat in Angliâ; lecta in floribus *Cratægi Oxycanthæ*.

MAGNITUDO fere Mord. aculeatæ.

CAPUT nigrum.

ANTENNÆ testaceæ.

THORAX fuscus, vel magis obscure testaceus.

ELYTRA, Abdomen, & Pedes testacea.

64 INSECTA COLEOPTERA. Mordella.

64. MORDELLA MELANOPA.

Nigra; elytris, thorace, capite pedibusque testaceis.

Habitat cum precedente.

MAGNITUDO majoris pediculi.

CORPUS supra et artubus testaceum, subtus nigrum.

ANTENNÆ apice fuscæ.

OCULI atrii.

ELYTRA testacea; punctum fuscum in medio, & aliud ad basin futuræ, in singulo elytro.

PEDES testacei.

65. MOR-



65. MORDELLA FASCIATA.

Atra, elytris testaceis, apice nigris, fasciaque nigra in medio.

Habitat in Angliâ; frequens in floribus *Cratægi*,  
*Rumicis* & *Umbellatarum*.

MAGNITUDO præcedentis, vel paullo minor.

ANTENNÆ fuscæ, basi testacæ.

THORAX niger, adspersus villis brevissimis, fusco-testaceis, non nisi oculo armato conspicuis.

ELYTRA testacea; in medio fascia transversa nigra, alia ad apicem.

ABDOMEN nigrum, pallidius versus apicem, & acutum, ut fere aculeatum.

PEDES fusci.

66. MORDELLA CLAVICORNIS.

Picea tota, antennis clavatis.

Habitat in Angliâ, cursitans in floribus *Rhei-Rhabarbari*.

CORPUS ovatum, magnitudine Mord. *thoracicae*, vel paullo majus.

ANTENNÆ fuscæ, basi ferrugineæ clavatæ.

Os ferrugineum.

THORAX hemisphæricus, major quam in congeneribus, pilis minutissimis pallentibus confitus.

ELYTRA picea, æque pilosa; linea obscura longitudinalis ad futuram.

PEDES concolores.

## II. HEMIPTERA.

## CICADA.

## 67. CICADA. CARINATA.

Thorace dilatato, carinato, connato, corpus totum  
& elytras includente, alarum margine coriaceo.

Habitat in Americæ Septentrionalis provinciâ Nov-  
eboracensi.

MAGNITUDO  $\frac{1}{2}$  uncia f. pollicis Anglicani.

ANTENNÆ fetacæ, albæ, duorum articulorum, longitu-  
dine capitis.

OCULI pallide fusci.

CLYPEUS capitis dilatatus ferrugineo-fuscus, adspersus  
foveolis, in quorum fundo sunt globuli diaphani rubi-  
cundi; foveolæ, globulique iidem adsunt in thorace &  
in margine alarum.

THORAX dilatatus, gibbus, venosus, scaber, carinam effi-  
cit acutissimam quasi ex elytris connatam, totum cor-  
pus includentem; fascia transversa obliqua a dorsi me-  
dio, apicem versus descendit.

ELYTRA nulla.

ALÆ venosæ, hyalinæ, margine coriaceo.

ABDOMEN & Femora nigra.

TIBIÆ pallidæ, ut et Tarsi, triarticulati.

## 68. CICADA GUTTATA,

*Saltatoria fusco-varia*; capite, thorace, elytrisque ferrugineis punctis flavis albisque, tergo coccineo.

Habitat in Americâ Septentrionali.

MAGNITUDO Cicad. *Spumaria*.

FRONS rubicunda, nigro-maculata.

ANTENNÆ fuscæ.

CAPUT & Thorax fusco-ferruginea, punctis crebris albidis.

ELYTRA fusco-ferruginea, punctis albidis adspersa, ad marginem punctis majoribus flavis.

ALÆ fuscæ.

TERGUM coccineum.

ABDOMEN albo fuscoque varium.

PEDES ferruginei.

69. CICADA COCCINEA.

Alis deflexis, flava; capite, thorace, scutello, tergo, elytrisque coccineis, elytris lineis duabus longitudinalibus obliquis virentibus.

Habitat in Americâ Septentrionali.

MAGNITUDO circiter Cicad. *flavae*.

FRONS flava margine nigro.

ANTENNÆ fuscæ, basi flavæ.

CAPUT coccineo-rubellum.

THORAX coccineus margine & linea longitudinali viridi.

SCUTELLUM coccineum.

ELYTRA coccinea; undique margine viridi, lineisque duabus obliquis longitudinalibus, secunda interrupta, viridibus.

TERGUM coccineum.

ABDOMEN pedesque flava.

## NOTONECTA.

## 70. NOTONECTA LINEATA.

Pallide flava, elytris concoloribus; maculis nebulosis fuscis tribus longitudinalibus.

Habitat in aquis provinciæ Noveboracensis in America Septentrionali.

MAGNITUDO  $\frac{1}{2}$  pollicis s. uncia Anglicanæ.

ANTENNÆ parvæ sub capite, pone oculos, duorum articulorum, extimò clavato.

CAPUT obtusum, flavum.

OCULI brunnei.

THORAX flavus, lineis tribus transversis fuscis.

ELYTRA flexilia flava, punctis nebulosis fuscis, in lineas tres longitudinales digestis.

ALÆ inferiores albæ, pellucidæ.

ABDOMEN, Pedes, & Pectus pallide flava.

## C I M E X.

## 71. CIMEX ATERRIMUS.

Ovatus, ater totus, elytris dimidiato-hyalinis.

Habitat in Hispaniâ ad fretum Gaditanum.

CORPUS magnitudine Cim. *ornati*, ovatum, totum aterrimum glabrum.

CLYPEUS capitis emarginatus.

ANTENNÆ apice fuscæ.

THORAX antice parum depressus, retusus.

SCUTELLUM triangulare acutum.

ELYTRA antice atra, a medio vero ad apicem flavescenti-hyalina; pars nigra ab hyalina margine undulato distincta, ut quasi præmorsâ adpareant elytra.

ALÆ hyalinæ.

PEDES atris, pilis vel setis brevibus, rigidis, atris, ciliati.

## 72. CIMEX CARINATUS.

Rostro arcuato, antennis capillaribus, thorace compresso carinato, carina ferratâ.

Habitat————

CORPUS duplo majus Cim. *persimilis*, subtus nigrum.

ANTENNÆ quatuor articulorum, rufæ.

ROSTRUM arcuatum, validum, rufum, apice nigro.

CAPUT postice attenuatum, spinis duabus post antennis & tuberculis totidem inter oculos.

THORAX rhombeus, lateribus dilatatus, medio fursum compressus, carinatus; margine, apiceque carinæ ferratis; spinæ duæ ad collum.

ELYTRA fusca, apice fusco-virentia.

PEDES rufi.

FEMORA nigra, primi paris basi rubra.

SPIRACULA rubra.



## III. LEPIDOPTERA.

## P A P I L I O.

## 73. PAPILIO NAIS.

N. P. alis dentatis; supra fulvis, primoribus fascia maculisque nigris, posticis punctis nigris sex.

Habitat in Bombay Indiæ orientalis.

CORPUS quartæ magnitudinis, fulvo-rubrum.

ANTENNÆ————

PALPI albi, rubicundi.

OCULI brunnei.

PEDES sex albi, quorum duo brevissimi, rubicundi.

ALÆ primores supra concolores fulvæ. Margo exterior niger, lunulis albis; supra hunc marginem fascia nigra, at marginem tenuiorem non attingens; ad crassiorem duæ maculæ nigræ, quarum superior reniformis, maculis in ea rubris minimis. Alia macula nigra in medio disci.

— *subtus* fuscæ rubentes, maculis albis 4 ad apicem, & fascia fusca ad marginem anteriorem; ad crassiorem, maculæ binæ nigræ, rubro maculatæ; in disco macula nigra.

— *inferiores supra* fulvæ margine nigro, punctis albis; puncta sex nigra supra hunc marginem: *subtus* fuscæ rubentes, fascia media transversa alba, punctis sex nigris ad marginem; puncta duo pulcre rubra ad basin nigro cincta.

## P H A L Æ N A.

## 74. PHALÆNA MURALIS.

*Noctua spirilinguis* subcristata, alis supra albidis ; fascia undata, stigmatate in medio alæ, macula & fascia altera ad basin virescentibus, nigro fimbriatis.

Habitat in Angliâ, larva viçtat inter *Lichenem parietinum* & *saxatilem* & inde loculum pro chrysalide construit.

CORPUS facie Ph. *Accis* sed minus, albidum, crista nigro-marginata.

ANTENNÆ fuscæ.

OCULI nigri.

PALPI erecti, incurvati albi, basi nigri.

ABDOMEN albidum, serie punctorum nigrorum a tergo.

ALÆ superiores supra albidæ, fascia virescente undata, nigro fimbriata ad basin, connexa maculæ concolori interruptæ, marginem anteriorem non tangente. *Stigma* vires in medio alæ, paululum a margine anteriore remotum. Ad marginem anteriorem fascia lata virescens undata, lituris nigris inclusa. Margo exterior nigro-punctatus, sic et inferior ciliis nigro punctatis.—*Subtus* fusco nebulosæ.

— inferiores supra albidæ, fascia obscure fusca ad marginem anteriorem. *Subtus* concolores, cum puncto obscuro fusco in medio alæ.

PEDES albi, nigro annulati.

## 75. PHALÆNA MINIATA.

*Geometra feticornis*, alis rotundatis, omnibus pallide miniatis, anticis linea undata ad basin, characteribus in medio, & punctis versus marginem posticum nigris.

*Harris* inf. t. 30. f. p.

Habitat in quercetis Angliæ.

MAGNITUDO Ph. *marginatæ*.

ANTENNÆ pallide rubræ.

CORPUS pallide rubrum.

OCULI nigri.

ALÆ superiores pallide rubræ, vel miniatæ, linea undulata prope basin nigra; margo exterior usque ad hanc lineam itidem niger. Postice characteres confertissime & acute undulati, nigri; punctaque nigra sub singulo denticulo vel angulo hujus characteris. *Subtus* pallidiores, macula costali nigra, opposita parti nigræ marginis exterioris, in pagina superiore; versus apicem macula palmata nigra respondens maculæ undulatæ in pagina superiore.

— inferiores magis obscuræ rubræ: *subtus* fusco-rubræ.

ABDOMEN subtus nigrum.

PEDES pallide-rubri, geniculis nigris.

## 76. PHALÆNA FULVATA.

*Geometra feticornis*, alis rotundatis, anticis fulvis, fasciâ ad basin, aliaque in medio undato repanda, ferrugineo-rufâ.

Habitat in Angliæ *Cratægo oxyacantha*.

CORPUS magnitudine præcedentis.

ANTENNÆ albido-flavescentes.

OCULI fusci.

PALPI fulvi.

CAPUT & Thorax fulva.

ABDOMEN pallide flavum.

ALÆ superiores fulvæ; fascia ad basin & in medio ferruginea; macula trigona pallida versus apicem.  
Subtus pallide flavæ.

— posticæ supra & infra ex albido flavescentes: *subtus* in medio puncto obscuro fusco.

PEDES pallide flavi.

IV. HYMENOPTERA,

CYNIPS.

77. CYNIPS SERICEA.

Viridi-nitens, pedibus totis flavis antennis fuscis.  
*Geoffr. paris. I. p. 301. Cynips 12.*

Habitat in gallis foliorum quercus deciduorum; mense  
Januario lecta in principatu *Wallie* in Angliâ.  
1769 & 1770.

CORPUS Cynip. vel Ichneum. *Bedeguaris* minus, totum  
viridi sericeum.

ALÆ hyalinæ; costâ, lituraque minima costali, pallidâ.

ABDOMEN oblongum, acutum ad anum.

FEMORA, tibiæ, plantæque pallide flava.

## TENTHREDO.

## 78. TENTHREDO CYANO-CROCEA.

Antennis clavato-filiformibus, exarticulatis, capite thoraceque cyaneis, abdomine croceo.

Habitat in plantis umbellatis Angliæ.

MAGNITUDO Tenthred. *Salicis*.

ANTENNÆ exarticulatæ, prismaticæ, nigræ, fursum erectæ, plerisque ciliatæ.

CAPUT & *Thorax* cyanea nitida.

ALÆ hyalinæ, cum fascia fusca a puncto nigro.

ABDOMEN croceum.

FEMORA primi & secundi paris pedum violacea, tertii paris flava; patellâ & apice violaceis.

TIBIÆ Primi paris fuscæ; secundi & tertii paris luteæ; apicibus nigris.

TARSI fusci.

79. TENTHREDO ARCUATA.

Antennis subclavatis, abdomine nigro, arcubus quinque, fascia ad basin, lateribusque flavo-virentibus.

Habitat in Angliâ.

MAGNITUDO Tenthred. *bicinctæ*, vel paullo minor.

ANTENNÆ subclavatæ, atræ, septem articulis, quinque extimis majoribus; bases antennarum latere interiore flavæ.

LABIUM flavum.

THORAX ater, lineâ flavâ a capite ad basin alarum, in maculam flavam desinente.

PECTUS flavo-maculatum.

SCUTELLUM flavum & postice ad ejus latera puncta duo minima flava.

ALÆ hyalinæ, costa fusca, punctoque costali ferrugineo.

ABDOMEN nigrum, lateribus flavo-virentibus: ad basin fascia flavo-virens; segmento uno interjecto, reliqua margine arcubus flavo-virentibus cincta, supra, infraque.

PEDES flavo-virentes.

FEMORA linea longitudinali ad latus exterius nigra.

TIBIÆ apice nigræ.

TARSI supra fusci.

80. TENTHREDO ATRATA.

Antennis subclavatis exarticulatis, corpore atro, dorso cingulo & arcubus tribus flavescenti-virentibus.

Habitat in Angliā.

MAGNITUDINE paullulum superat Tenthred. *ustulatam*.

ANTENNÆ subclavatæ, subtus stria elevata longitudinali.

ALÆ ferruginæ, macula fusca oblonga, secundum costam usque ad apicem alarum protensa.

ABDOMEN sub scutello cingulo flavo-virenti; interjecto uno segmento sequuntur tria arcubus marginum flavo-virentibus.

FEMORA atra, geniculis flavis.

TIBIÆ & plantæ flavæ.

UNGUICULÆ fuscæ.



## I C H N E U M O N.

## 81. ICHNEUMON PRIMATORIUS.

Niger, scutello flavicante, antennis albo-annulatis, thorace maculato, abdominis segmento secundo & tertio ferrugineo, reliquis nigris, ultimis albo-maculatis.

Habitat in Angliâ; unicum tantum specimen a me lectum ad sepas.

MAGNITUDO Ichneum. *Pisorii* vel major; simillimus Ichneum. *sarcitorio*, sed triplo major, absque linea transversa nigra, inter segmenta abdominis ferruginea.

CAPUT totum atrum.

ANTENNÆ nigræ, annulo albo.

THORAX niger, macula albida ante alas primores.

SCUTELLUM albidum.

ABDOMEN petiolo nigro; segmenta petiolo proxima ferruginea, reliqua nigra: puncta seu maculæ albæ singulæ in segmentis tribus ultimis.

ALÆ hyalinæ, costa fuscâ.

PEDES ferruginei, sed femora nigra, quorum postica et media macula alba ad basin orinata.

## 82. ICHNEUMON ARMATORIUS.

Niger, scutello flavo, antennis nigris, subtus rufis; thorace utrinque spinâ armato; abdomine nigro cingulis binis, anoque flavis.

Habitat in Angliâ.

MAGNITUDO Ichn. *luctatorii*.

CAPUT nigrum, fronte labioque flavis.

ANTENNÆ nigræ, fere totum corpus longitudine æquantibus subtus rufæ, basi vel infimo articulo subtus flavæ.

THORAX niger, punctis duobus vel tribus ad basin alarum flavis; spina ad utrumque latus thoracis postice, abdomen spectans.

SCUTELLUM flavum.

ABDOMEN petiolatum, longum, compressum, segmento secundo tertioque antice dimidiato-flavis; subtus segmenta 2, 3, 4, flavæ, sed quartum puncto utrinque nigro.

ANUS flavus.

PEDES primi & secundi paris toti lutei, at in femoribus maculæ longitudinales nigræ.

FEMORA postica nigra, basi flavæ.

TIBIÆ posticæ flavæ, apice nigræ.

PLANTÆ posticæ ferrugineæ.

ALÆ rufæ, venis rufis.

83. ICHNEUMON XANTHORIUS.

Niger, scutello flavo, antennis annulo flavo cinctis, thorace maculato, abdomine petiolato flavo-annulato, pedibus flavis, femoribus nigris.

Habitat in Angliâ.

MAGNITUDO Ichn. *extensorii* vel paullo major.

CAPUT nigrum, lineola flava ante oculos.

PALPI ferruginei.

ANTENNÆ basi flavæ, dein rufæ, medio flavicantes apice nigræ.

THORAX niger, callo flavo ante, et altero pone alas primores.

SCUTELLUM flavum.

ALÆ rufescentes; costa primorum, punctoque luteis.

ABDOMEN petiolo nigro, apice flavo; segmenta nigra, sed margines fasciis latis flavis ornati.

FEMORA primi & secundi paris pedum nigra, exceptis genibus flavis; postica tota nigra, puncto majore flavo ad basin.

TIBIÆ flavæ, posticæ apice nigræ.

TARSI flavi.

84 INSECTA HYMENOPTERA. Ichneumon.

84. ICHNEUMON ATRATOR.

Niger totus, scutello concolore, antennis nigris albo cinctis; pedibus rufis, plantis posticis apice albis.

Habitat in Angliâ.

CORPUS magnitudine Ichn. *extensorii*, nigrum totum, moschum redolens.

ANTENNÆ annulo albo cinctæ.

ALÆ fuscescentes.

ABDOMEN falcatum, atrum aculeo brevissimo.

PEDES ferruginei, postici plantis apice albis.

PATELLÆ, (sive bases elevatæ mobiles, quibus femora infident,) in pedibus posticis maximæ, atræ.

85. ICHNEUMON POLYZONIAS.

Ater, antennis luteis, capite, thorace, pectore-  
que flavo maculatis; scutello flavo, abdomine  
atro, marginibus segmentorum flavis.

Habitat in Angliâ.

MAGNITUDO Ichneum. *extensorii*.

ANTENNÆ ferrugineæ seu luteæ, basi & apice fuscescen-  
tes; basis antennarum subtus flava.

CAPUT nigrum; linea circum oculos, macula frontis, &  
labium flava.

THORAX ater; maculæ ante alas, sub alis & supra pedes  
secundi paris flavæ.

SCUTELLUM flavum.

ALÆ hyalino-ferrugineæ, macula costali pallida.

ABDOMEN subtus compressum & carinatum, marginibus  
segmentorum supra infraque flavis.

PEDES ferruginei; tibiæ anticæ, femorumque apices  
flava.

PATELLÆ femorum posteriorum ovatæ, nigrae.

## S P H E X.

## 86. SPHEX XANTHOCEPHALA.

Nigra, fronte flavâ, abdomine subfessili, pedibusque flavo maculatis.

Habitat in Angliâ.

MAGNITUDO Sphegis *cribrariae*.

CAPUT nigrum, fronte macula magna flava, posticetrifida.

ANTENNÆ longitudine thoracis nigræ, articulo infimo flavo.

THORAX niger, puncto flavo ante alas.

ALÆ hyalinæ, apice fufcescentes.

ABDOMEN nigrum; margines segmentorum 2, 3, 4, 5, 6, fasciis flavis cincti, subtus puncta flava utrinque duo.

PEDES flavi, genubus nigris, tarsis fuscis.

## 87. SPHEX

## 87. SPHEX SPINOSA.

Atra, abdomine subfessili, thorace postice utrinque spina instructo, labio pectoreque argenteis

Habitat in Angliâ.

MAGNITUDO *Apis rufipedis*.

CORPUS atrum, absque pilis.

ANTENNÆ nigrae.

CAPUT nigrum, ore seu labio argenteo.

THORAX niger rugosus, postice utrinque spina brevi armatus; antice lineola flava ornatus.

PECTUS, inter pedes primi & secundi parvis, fascia argenteo plumbea cinctum.

ALÆ hyalinæ.

ABDOMEN nigrum subfessile, gleberrimum, supra fasciis tribus flavis, prima interrupta, a reliquis remota.

PEDES rufi, femoribus ad exortum nigris,

C H R Y S I S.

1. CHRYSIS CYANOCHRYSIA.

Glabra nitens, capite thoraceque cyaneis, reliquis viridi-aureis, ano quadridentato.

Habitat in Hispaniâ ad Calpen freti Gaditani.

MAGNITUDO parum inferior Chryfid. *ignita*.

CAPUT cyaneum.

LABIUM superius & regio inter oculos vestita pilis raris griseis.

ANTENNÆ fuscæ, articulis duobus ultimis, ad basin cyaneis.

THORAX scabriusculus punctatus cyaneus, sub alis versus abdomen utrimque dentes singuli.

ALÆ fuscæ, costa venisque nigris.

ABDOMEN viridi-aureum, ano quadridentato.

VENTER concavus nitens, coloris beryllini.

PEDES femoribus cyaneis, tibiis beryllinis, tarsis fuscis.



## 89. CHRYSIS CYANURA.

Glabra nitens, smaragdina, thorace bidentato, abdomine concolore, quadridentato.

Habitat in Hispaniâ ad Calpen freti Gaditani.

CORPUS magnitudine æquat maximas inter Chrysid. *ignitas*, totum nitens, colorem smaragdinum imitatur.

ANTENNÆ nigræ totis ultimis duobus articulis & quibusdam reliquorum supra nitentibus.

OCULI magni purpureo-fusci.

THORAX linea capiti parallela transversim divisus, dein medium thoracis divisum in areolas tres lineis longitudinalibus.

SCUTELLI loco, duo dentes; sub alis versus abdomen utrinque dentes singuli.

ABDOMEN undique nitens viride, duo extrema ad apicem segmenta cyanea; anus quadridentatus.

ALÆ fuscæ; costa alarum, venæque nigræ.

PEDES nitentes; tarsis fuscis.

INSECTA HYMENOPTERA. Vespa.

V E S P A.

5. VESPA RUFICORNIS.

Nigra, thorace hirto, antennis alisque rufescentibus; abdomine fasciis quinque interruptis flavis.

Habitat in Hispaniâ ad fretum Gaditanum

MAGNITUDO *V. vulgaris*.

CAPUT nigrum maxillis flavis, palpis ferrugineis, rostro vel linguâ nigra: *frons* flava, macula nigra versus antennis hastata; pone oculos lunula rufa.

ANTENNÆ ferrugineæ, basi flavæ: ad stemma primum puncta duo flava, in quolibet latere unum.

THORAX niger, pilis flavis adpersus; antice macula vel linea sinuata flava cingitur; ad alarum basin punctum lineare flavum; ad horum punctorum extremitates macula transversa flava in thorace loco scutelli, ac pone hanc maculam fulci transversi bini.

ALÆ basi rufæ, apice fulcescentes, venis ferrugineis.

ABDOMEN glabrum, sessile, atrum, in quolibet segmento maculæ binæ oblongæ flavæ, anusque flavus: subtus segmenta tria vel quatuor ultima similiter maculis magnis (in singulo duabus) ornata.

FEMORA basi nigra apice flava.

TIBIÆ apice spinosæ, flavæ.

TARSI flavo-rufescentes, primi paris extrorsum ciliati.

A P I S,

91. APIS SERICEA.

Capite, thoraceque viridi-nitente; abdomine nigro, fasciis quinque, pedibusque flavis.

Habitat in Americâ Septentrionali.

MAGNITUDO & facies Chrysid. *ignitæ*.

LABIUM superius & maxillæ flavæ.

LINGUA nigra, longitudine capitis.

ANTENNÆ nodosæ, supra fuscæ, infra flavæ.

CAPUT viride nitens.

OCULI fufci.

THORAX viridi-aureus.

ABDOMEN ovatum, nigrum, fasciis quinque flavis.

PEDES omnes flavi.

FEMORA postica dente parvo.

ALÆ fuscæ hyalinæ.

## 2. APIS VESPIFORMIS.

Nigra, antennis, ore, maxillis, pedibus, & alis ferrugineis; thorace punctis abdomine fasciis quinque flavis, primis interruptis.

*Schæffer. ic. inf. ratisb. t. 53. f. 11. & t. 81. f. 7.*

Habitat in Americâ Septentrionali & Germaniâ.

CORPUS nigrum, magnitudine Apis mellificæ, facie vespæ.

MAXILLÆ ferruginæ apice fusæ.

LINGUA ferruginea.

ANTENNÆ, nodosæ ferruginæ.

THORAX puncto ferrugineo utrinque ad collum, ad calum alæ, sub ala, in scutello, & unico sub scutello.

ABDOMEN fasciis quinque flavis; quarum duæ, proximæ thoraci, interruptæ.

ALÆ ferruginæ.

PEDES ferrugineo-flavi.

93. APIS NOVEBORACENSIS.

Atra, subvillosa, alis atro-cærulescentibus, abdominis segmento secundo & tertio fascia flava.

Habitat in Americæ Septentrionalis provinciâ Noveboracensi.

MAGNITUDO vespæ *vulgaris*, tota atra, subvillosa.

LINGUA brevis ferruginea.

ANTENNÆ atræ nodosæ.

ABDOMINIS segmentum secundum & tertium superiori parte fascia flava.

ALÆ atro-cærulescæ.

TARSI postici spinis ferrugineis.

TIBIÆ anticæ spina incurva ferruginea.

*Drury illustr.* t. 44. f. 5. videtur esse varietas fasciis quatuor flavis, & capite flavescente.

## 94. APIS ALBIFRONS.

Atra pubescens, fronte, thoracē, tibiis, punctif-  
que in abdomine albis.

*Schæff. ic. t. 22. f. 14.*

Habitat in Angliā, ad fretum Gaditanum in Hispa-  
niā, & in Germaniā.

MAGNITUDO Ap. *Tumulorum.*

FRONS truncata; circa basin antennarum pili albi.

ANTENNÆ crassiusculæ.

THORAX antice & lateribus pilis densis albis tectus; sub  
alis punctum album; in postica parte thoracis & inter  
alas pili nigri.

ABDOMEN segmento primo antice pilis albis tecto, latera  
segmentorum 2, 3, 4, punctis utrinque singulis albis.

TIBIÆ in superiori parte pilis albis adspersæ & in apice  
spinosæ.

ALÆ hyalino-fuscæ, venis nigris; margine exteriore  
punctis crebris nigris.

## V. DIPTERA.

## MUSCA.

## 95. MUSCA CHALYBATA.

Antennis filatis, clavatis, scutello sexdentato,  
thorace chalybato, abdomine atro.

Habitat in Angliá, lecta vere.

MAGNITUDO Musc. *clavipedis*.

ALÆ nigræ.

THORAX nitidus, cæruleo-ater.

SCUTELLUM dentibus sex, tribus utrinque, quorum duo  
extimi minimi.

HALTERES nigri.

ABDOMEN atrum.

PEDES testacei, postici elongati, plantis nigris dilatato-  
clavatis.

## 96. MUSCA VALLATA.

Antennis filatis, clavatis, scutello sexdentato, abdomine femoribusque flavis.

Habitat ad Sepes in Angliâ.

MAGNITUDO præcedentis, vel paullo major.

ALÆ subferrugineæ, incumbentes, planæ, puncto fusco in medio costæ.

THORAX nitidus ater.

SCUTELLUM dentibus sex.

HALTERES flavi.

TIBIÆ apicem versus fuscæ.

TARSI fusci.

97. MUS.



## 97. MUSCA SIMILIS.

Antennis filatis, clavatis, scutello viridi-cæruleo nitido, sexdentato, abdomine chalybato.

Habitat in Angliâ; circa solstitium lecta.

CORPUS magnitudine præcedentium.

ALÆ subferrugineæ, puncto fusco ad alas.

PEDES omnes nigri.

THORAX nitidus, viridi cæruleus.

ABDOMEN cæruleo-atrum.

SCUTELLUM sex dentibus.

HALTERES albi.

OBS. Hæ tres muscæ & *M. clavipes* Linnæi, valde similes & inter se affines; sed tamen sunt diversæ, nam 1. *M. CLAVIPÈS* habet *abdomen* flavum, alas nigras, *halteres* flavos *femora* flava, *tarforum* articulum primum elongatum clavatum; at nulla reliquarum eisdem omnes habet characteres. 2. *M. VALLATA* habet *abdomen* flavum; sed *alæ* subferrugineæ sunt, & *tarsi* simplices. 3. *M. CHALYBATA* habet quidem *alas* nigras & *tarsos* clavatos; sed *Thorax* est chalybatus & *abdomen* atrum ut et *halteres*. 4. *M. SIMILIS* habet *pides* simplices, *alas* subferrugineas, *halteres* albos, *thoracem* viridi cæruleum, nitidum & *abdomen* chalybatum; adeo ut satis sint ab invicem distinctæ.

98. MUSCA MELANOPYRRHA.

Antennis plumatis, tomentosa nigra, abdominis apice rufo.

*Schæff. ic. inf. ratib. t. 10. f. 6.*

Habitat in Angliâ, & Germaniâ.

MAGNITUDO Musc. *pellucens*.

FRONS pallida.

OCULI approximati, nigri.

PILI pauci flavi, circa stemmata.

THORAX hirsutus niger.

ABDOMEN, hirsutum nigrum, apice hirsutum rubrum, subtus atrum.

SCUTELLUM olivaceum.

ALÆ basi nervis fulvis, in medio macula magna fusca.

## 99. MUSCA GRANDITARSA.

Antennis, fetariis, glabra, thorace nigro-æneo, abdomine ferrugineo apice nigro.

Habitat ad sepes in Angliâ.

HABITUS & fere magnitudo Musc. *segris* cui simillima.

THORAX nigro-æneo-virens.

ABDOMEN oblongum, ferrugineum; duo ultima segmenta nigra.

FEMORA omnia nigra, simplicia.

TIBIÆ ad basin & femora ad genua ferruginea in pedibus quatuor anterioribus.

TARSI nigri; articuli primi tarsi primi & secundi paris pedum, grandes, cum pollice; at articulus primus, tarsi pedum posteriorum, grandis absque pollice.

ALÆ subfulvæ.

HALTERES albi.

## T A B A N U S:

## OO. TABANUS AMERICANUS.

Oculis——, plumbeus, abdominis segmentis  
versus latera albicantibus, alis hyalinis, costa  
ferruginea, pedibus ferrugineo-fuscis.

Drury ill. t. 44. f. 2. 3.

Habitat in Virginiâ & provinciâ Noveboracensi, Ame-  
ricæ septentrionalis.

MAGNITUDO e maximis congenerum, unciam unam  
pedis Anglicani longitudine exæquat.

PROBOSCIS nigra, capitis longitudine, palpis ferrugineis.

FRONS & cetera capitis albâ, pilosa.

ANTENNÆ lunatæ ferrugineæ.

OCULI——magni.

STEMMATA nulla conspicua nisi locum eorum occupat  
punctum magnum nitidum excurrent in lineam niti-  
dam angustam inter oculos.

THORAX plumbeus, vix pilosus; subtus pectus totum  
confitum pilis albidis longioribus.

ABDOMEN utrimque coloris plumbei, segmentis septem,  
quorum quinque ad margines vestita sunt pilis minutis  
albicantibus, præsertim ad latera.

PEDES ferrugineo fusci.

TARSI fusci, absque spinis in secundo pare pedum (qua-  
rum mentionem facit *Drury*.)

ALÆ hyalinæ fuscæ, costa ferruginea.

(N. B. Figura 3. apud *Drury* b. c. mihi videtur esse  
varietas hujus Tabani).